

DISPUTATIO THEOLOGICA,
QVA

Eundem in V. ac N.

T. Salvandi Modum,

Ex Loco Classico Actor. XV. 11.

deductum & corroboratum,

Supremo Numine clementer annuente,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

SUMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. ABRAHAMI CALOVII,

S. S. Theol. D. Consummatissimi, ejusdemque in Incluta
Leucorea P. P. Primarii Famigeratissimi, Consist. Ecclesiast. & Fac.
Theologicæ Senioris Gravissimi, Ecclesiæ Wittenbergensis Pastoris Vigilantissimi, ut & in Electorali Circulo Saxonico Superintendentis
Generalis Eminentissimi,

Domini Patroni, Præceptoris atq; studiorum suorum

Promotoris summa religione colendi,

publicæ Eruditorum collationi exponit

M. CHRISTIANUS SAMUEL Ziegler

Wittenbergensis, Ampliff. Colleg. Phil. Adjunctus.

A. R. S. M. DC. LXXXIV. d. Mart. horis mat.

Recusa Wittenbergæ Anno 1703,

99.

£. X. 9

110
42
oll. diss. A
54, 36

24. A 154 (36.)





I. N. J.

§. I.

Ingens profecto, eaque ineffabilis Divini Numinis misericordia fuit, qua post lapsum reparare genus humanum constituit, rationem ineundo, qui tandem ex summa isthac liberari homines miseria possent, nec, mirum in modum malevoli artibus jam circumscripti, magis magisque opprimerentur, aut vel in tanto penitus perirent malo. Nulla vero in hoc rerum discrimine generi humano medicina se offerebat, nec Deum reconciliare in toto orbe quicquam poterat, sine plenaria satisfactione, persolutoque pretio illo, quod infinitum Numen, graviter huc usque læsum, exigebat. infinito. Quocirca se Filius unigenitus miscebat, ac præsentissimam nobis, humana natura prius assumpta, opem ferebat, seipsum ceu victimam sistens, quæ expiaret scelera orbis, abolitoque turpissimæ perduellionis crimine, quo universum Deo humanum genus se reum fecerat, pacem ac gratiam sanciret. Atque hoc mysterium, totum hoc Christi meritum, non modo qua personam, verum & qua officium subjecti hujus patientis cognoscendum Misericors Deus Pater postmodum revelabat, omnibusque offerebat, quo firma fide illud salvandorum quisque suscipere, ac remissionem peccatorum æternamque salutem idcirco petere homines possent.

§. 2. Etenim sic fides medium illud ex parte nostri unicum est, per quod salus æterna nobis obtingit, nec tanta felicitas, quam in nos Dei bonitas contulerat, latere debebat aut dissimulari,

lari, quin potius omnibus innotescere, ac per fidem applicari, quæ sine notitia nunquam est, sed cum assensu atque fiducia eam perpetuo conjunctam habet. Nec fieri posset, veraque illa fides dici, quæ omni cognitione prævia destituitur, ut crederes id, quod ignoras, aut salvareris per id, quod non respicis, cum fides assentiatur cognitæ, & sicut voluntas in incognitum non fertur, ita nec fiduciam in id collocemus, cujus existentia nos fugit. Quæ quidem in parte fides illa medicinam imitatur, cujus, quantumvis excellentis, nullus esse potest usus, nisi de eadem recte applicanda æger fuerit edoctus: nam ad hunc modum beneficiorum Christi pariter nulla prorsus respectu nostri efficacia est, nisi miseris nobis mortalibus de vera & salutari eorundem applicatione rectius constiterit.

§. 3. Constans hæc nostræ Ecclesiæ Doctorumque nostrorum sententia, in verbo Dei solide fundata & comprehensa Libris Symbolicis, hæc usque fuit, nec ullam, sine cognitione meriti Christi, aliam salutis viam dari, hodiernum ab Orthodoxis publice docetur. Ita quippe justificantem hanc fidem longe clarissimis verbis Paulus describit, *quod sit in Filium Dei, qui dilexit nos, & semetipsum pro nobis tradidit*, Gal. II, 20. Quæ vero traditio aut redemptio memoriam passionis & sanguinis Christi statim infert. *Fides in sanguinem Christi est*, inquit idem Apostolus Rom. III. *& redemptionem, sanguine Christi factam*, vers. 24. 25. *& justitiam ipsius, quæ per fidem obtinetur*, vers. 22. *& in justitiam nobis imputatur*, Rom. IV, 3. *quod traditus sit propter peccata nostra, & suscitatus sit propter justitiam nostram*, vers. 26. adeo, ut unius obedientia, fide apprehensa, æque omnes justificentur, quicumque justificantur, quemadmodum per inobedientiam unius omnes peccatores constituti sumus, Rom. V, 19. Nec alio respicit Augustana Confessio, quæ Art. 4. manife tradit, *quod gratis justificentur homines, cum credunt in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum, qui sua morte pro peccatis nostris satisfecit, & hæc fidem*

dem imputet DEus pro iustitia coram ipso, Rom. III. & IV: Nec non Augustanæ Confessionis Apologia, quæ Art. de Justif. p. 68. in F. C. de Fide Iustificante eodem modo differit: *Illā fides, inquit, quæ iustificat, non est tantum notitia historia, sed est assentiri promissioni Dei, in qua gratis propter Christum offertur remissio peccatorum & iustificatio.* -- Itaque non satis est credere, quod Christus natus, passus, resuscitatus sit, nisi addamus & hunc articulum, qui est causa finalis historiae, Remissionem peccatorum. Ad hunc Articulum referrī cetera oportet, quod videlicet propter Christum, non propter nostra merita donetur nobis remissio peccatorum. Quid enim opus erat, Christum dari pro peccatis nostris, si nostra merita pro peccatis nostris possunt satisfacere? Quoties igitur de Fide Iustificante loquimur, sciendum est, hæc tria objecta concurrere, promissionem, & quidem gratuitam, & merita Christi tanquam pretium & propitiationem. Promissio accipitur fide, gratuitum excludit nostra merita & significat tantum per misericordiam offerri beneficium; Christi merita sunt pretium, quia oportet esse aliquam certam propitiationem pro peccatis nostris. Scriptura crebro misericordiam implorat. Et S. Patres sæpe dicunt, nos per misericordiam salvari. --- Et hic cultus in Prophetis & Psalmis præcipue laudatur, cum tamen lex non doceat gratuitam remissionem peccatorum. Sed patres norant promissionem de Christo, quod DEus propter Christum vellet remittere peccata. Igitur cum intelligerent, Christum fore pretium pro nostris peccatis, sciebant opera nostra non esse pretium rei tantæ &c. Res igitur omnis eo tandem redit, necessariam Christi cognitionem esse ejusdemque personæ, unde nec aliter salvari quemquam posse, nisi debita fide apprehendat ea, intrepide Libri Ecclesiarum nostrarum Symbolici adfirmant, quorum exacte Orthodoxi Theologi omnes vestigia legunt.

§. 4. Hoc insigne gravissimumque salutis nostræ fundamentum, luculenter corroboratum hæctenus atque satis munitum, impugnari nihilominus successu temporis cœpit, maxi-

me postquam pernicioſa hæc ſententia multorum animos occupa-
pavit, fideles in V. T. citra fidem in Deitatem ac meritum paſſio-
nis Chriſti ſalvatos eſſe : cui opinioni acceſſiſſe nonnullis viſi
Patres quidam ſunt, liberius ante certamina, cum Pelagianis hæc
de re mota, forte locuti. Etenim quantos Patres iſti, nimia admi-
ratione diſciplinæ in non renatis & virium humanarum ducti, er-
rores circa Articulum de Juſtificatione commiſerint , B. Che-
mnitius Part. 2. Loc. Theol. Art. de Juſtif. p. 242. 243. exponit, in-
que ſequentibus de Juſtino, Tertulliano, Clemente Alexandri-
no, nec non Epiphanio in ſpecie refert, eos, ante Moſen homines
Lege Naturæ, poſt Lege Moſis, ac tandem Evangelio ſalvatos eſſe,
credidiſſe. Quæ uti communis quidem ſententia eſt, & a pleris-
que jam recepta circumfertur ; ita tamen veniam adhuc meren-
tur iſti viri, dum non modo eos multo rectius de gratia divina, ad
ſalutem neceſſaria, diſſeruiſſe alibi Autor imprimis Voſſius eſt in
Historia Pelagianismi L. 3. Th. I. pag. 268. ſeqq. verum & aliis mo-
dis Patres jam dicti excuſari commode queunt. Liberius nam-
que locutos aliquantisper eos fuiſſe, nihil tunc temporis metu-
entes mali, jam diximus, multique confirmant Scriptores : mul-
ta vero incerta, imo falſa Patrum ſcriptis inſperſa ſubinde ab hæ-
reticis fuiſſe, nullus dubitat, præſertim cum talem depravatio-
nem Baronius quoque Tom. 2. Annal. ad Ann. 196. col. 328. ipſe-
met obſervarit. Nec improbari ſimpliciter Patrum aſſertionem
poſſe, per Legem Moſis fideles quondam ſalvatos eſſe, alii cen-
ſent, cum inſimul reliqua ejus ſcripta ſint intelligenda, in quibus
plurima de Meſſia venturo tradita continentur. Nihil autem
hæc res nobis jam negotii faceſſat, dum non cum Patribus, qui
ſaniorẽ ſententiam alio loco propoſuerunt, dimicandum no-
bis, ſed cum variis diverſique generis hæreticis, qui maximos cir-
ca hanc controverſiam foverunt errores, inque iis pertinaciter
perſeſerunt.

§. 5. Ac diverſitatis quidem hujus agmen Pelagius primum
duxit,

duxit, cujus hæresis ubiqve nota, qva inter alios hunc etiam errorem tenuit, homines ante Legem per Naturam, postea per Legem, ultimo per Christum salvari non solum credidit, verum & publice professus est. Per naturam quippe salvatos putabat fideles statim ab Adamo, qui per rationem adhuc incorruptam agnoverint Creatorem, &, quemadmodum recte pariter ac sapienter instituenda vita esset, scriptum adhuc non lege positiva, sed naturæ in cordib9 gesserint. Nimum autem cum peccati labe contaminata hominis natura esset, nec sufficiens amplius, ut dicitaret bonum, legem postea ei additam fuisse tradebat, adeoq; naturam velut Luna, detrita rubigine, fulgore pristino apparuisse. Hæc vero lex ubi tandem occubuit ipsa, & peccati consuetudo prævaluit, ipsum Salvatorem censebar accessisse, ceu optimum Medicum, qui & desperatissimo jam huic morbo ac plane incurabili subvenerit, ægrotisqve attulerit præsentissimam opem; ceu præclare admodum Augustinus de Peccat. Orig. Lib. 2. contra Pelag. & Celest. cap. 26. T. 7. col. 801. hanc Pelagii mentem prolixius deduxit. Quare nec Gentiles, qui honestam vitam hactenus egerant, damnare Pelagius audebat, indignum censens, virtuosos, & in quibus vera justitia, temperantia, fortitudo, & sic porro, enituerant, suppliciiis æternis affici, ac ineffabiles cruciatu præmii loco iis decerni. Natura enim sola vel Regulos, aut Fabritios, aut Fabios, aut Scipiones & Camillos salvatos esse supposebat, sine concursu gratiæ divinæ, qva velut Gentiles nondum illuminatione destituebantur prorsus: atqve ut eandem quoque sententiam obtineret, plus quam pro aris atqve focis Pelagius hinc inde dimicabat.

§. 6. Absurda vero quam etiam maxime hæc Pelagii opinio fuit, nihilo tamen minus Pontificiis eadem pariter sequentibus temporibus arrisit, qui ex orco velut eam revocarunt, ac latere in natura ipsa quandam salutis viam statuerunt; licet nec ipsi inter se conveniant satis, sed in diversas postmodum discedant par-

partes. Ac crasse quidem sentiunt hac de re omnes illi, qui ipso actu nonnullos ita salvatos opinantur, qualem sententiam Andradii fuisse constat, qui in Defens. Concil. Trident. Lib. 3. pag. 292. *Vera fides, scribit, & vera Dei cognitio ad justitiam & salutem eternam non ex sacris tantum literis, divinisque oraculis, sed ex rebus etiam iis, quae sensibus subjiciuntur, haberi potest.* Nec latere quemquam, opinior, Monachum quemdam Franciscanum in Concilio Tridentino Anno 1552. in Explicatione c. II. Rom. publice concionatum fuisse, Gentiles etiam sine cognitione Christi salvatos esse; quae vero de re Theologi Protestantium apud Caesaris Oratores conquesti graviter sunt, ceu imprimis memorat Sleidanus L. 23. Comment. Et hanc mentem Erasmo etiam tribuit Tannerus Theol. Scholast. Disput. 1. quaest. 7. d. 2. n. 31. p. 439., eo quod in Praefat. super Tusc. Quaest. Cic. *Me non admodum, dicat, adversum habitari sunt ferendis calculis, qui sperant illum apud superos quietam vitam agere;* & in Colloquio Religioso: *Cum talia lego, vix mihi tempero, quin dicam, Sancte Socrates, ora pro nobis;* & postea: *Ipse mihi saepenumero non tempero, quin bene ominer sanctae animae Maronis & Flacci.* Consentiant Joh. Baptista Finckler. in Libro cui Titulus: *Rettung der Concilien/* p. 75. edit. Ingolstadt. Ann. 30. & Isengrinus in Exposit. Evang. Domin. Septuag. Cornelius Agrippa vero de Vanit. Scient. c. 54. testatur, editum fuisse librum sub Titulo: *de Salute Aristotelis, in cuius calce concludatur, Aristotelem sic fuisse Christi praecurso-rem in naturalibus, quemadmodum Johannes Baptista in gratuitis.* Maldonatus quid statuerit, ipse prodit, dum in Cap. XI. Matth. vers. 22. ita disserit: *Gentiles poterant servata lege naturae omnium confessione esse salvi, lex autem naturae satis erat illis ab ipsa natura praedicata.* Nec dissentit ab hoc Bellarminus, dum Lib. I. de Christo cap. 3. dicit, Philosophos Gentiles re ipsa Deum cognovisse & ex ea parte quasi naturaliter Christianos fuisse. Mitius autem de hoc mysterio judicarunt ex Pontificiis alii, contende-

den-

dentes, fidem implicitam sufficere, cum Pererio, qui Disp. 18. in Cap. 1. Roman. *Satis erat, inquit, antiquis hominibus, si qui absque fide Christi manifestata salutem consecuti sunt, habuisse fidem ejus implicitam in fide unius Dei inclusam, credentes videlicet Deum esse humani generis Salvatorem, secundum ordinem & modos ipsi notos, & in mirabili sua providentia occultos.* Et quamvis alii ex iisdem explicitam quoque fidem admiserint; unice tamen ad Pœnitentiam, non ad Christum Mediatorem respexerunt; ceu hac de re prolixè differens B. Wilhelmus Lyserus videri potest Trifol. Ver. Relig. V. T. p. 20.

§. 7. Subscribunt eidem sententiæ Calviniani, qui pro absolutissima Dei gratia accerrime pugnantes eo tandem redacti ut hoc pacto diversam plane ac citra intuitum meriti Christi salutis viam monstrarent, quam in Veteri etiam Testamento calcaverint Patres, imo Gentilium plures, absque fide in Christum nihilominus demum salvati. Ac Zwinglius quidem, *Ethnicus, sepiam mentem domi foveat, Christianus est, etiamsi Christum ignoret,* expresse scribit Tom. 1. Epist. 1. f. 382. indeque in Exposit. Fidei ad Christian. Regem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonom, Numam, Camillum, Catones, Scipiones, Herculem &c. inter beatos cœlites recensere, non erubescit. Quæ opinio ejus firmiori ut consistere talo possit, defendere eam summo studio in se Gualterus gener ipsius in Apologia, edita Anno 1545. p. 52. suscepit, rationibus, ut putat, gravissimis ac ponderosis, a Wiggando autem Libro de Sacramentariismo fol. 32. jamjam explosis. Embdenses vero in Commonefactione de Libro D. Hunnii p. 3. f. 416. quæ in patrocinium Zwinglii urgent cum Paræo in Iren. pag. 245. cap. 24. & Pelargo in Compend. Theol. Correcto, pag. 289. aut aliis quibuscunque e Calvinianorum Scholis, frivola sunt, nec satis digna, quæ hic adducantur; præsertim cum & totum hoc de absoluta Dei gratia certamen alterius loci sit, alibi que fusius proponatur.

B

§. 8.

§. 8. Penitius autem hic majorique studio Socinianos annotare juvat, dum longe magis adversantur nobis, rotunda oratione adfirmantes, Patres in V. T. haudquaquam fide in Christum, sed mandatorum legalium observatione salvatos esse: adeoque distinctas vias pro diversitate temporum ante Christum & exhibitum Christo sibi fingunt. Ita quippe Socinus ipse Lib. quod Regni Poloniae &c. cap. 5. pag. 60. seqv. hac de re differit: *Sextus error est, quod existimant Evangelici, eos, qui sub V. T. coram Deo justii sunt habiti, propterea fuisse habitos, & salutis aeternae nobiscum fore participes, quod sicut nos in Christum jam exhibitum, sic ipsi in eundem, quem exhibitum iri sperabant, omnino crediderint. Huic errori universa Scriptura repugnat, quippe quae fidei in Christum nullam prorsus mentionem, nisi pro eo tempore, quo exhibitus jam fuit, usquam faciat. Consentit Catech. Ravoc. Germ. cap. 11 pag. 306. seqq. von der Rechtfertigung: Was die Zeit anlanget/welche vor der Offenbarung des HERRN Christi gewesen/obs wohl wahr ist/ daß alle die/ so an GOTT gegläubet/ wegen des Glaubens werden gerecht fertiget werden / so war gleichwol die Weise der Rechtfertigung in dem Bunde / der durch Mosen gegeben / nicht begriffen / wie ist in dem Bunde / der durch den HERRN Christum aufgerichtet ist/ die Weise der Rechtfertigung durch den Glauben begriffen ist/ sondern kam her aus lanter Gnaden Gottes / zu dem / begrieff auch ihr Glaub nicht in sich den Glauben an den HERRN Christum. Völkelius Lib. 4. de Vera Relig. cap. 3. fol. 182. *Per negamus, inquit, justificationem, quae ex fide oritur, vel foedere (veteri) comprehensam, vel, ut rem, quae perpetuo ad omnes spectaret, aperte propositam ac promissam fuisse. Erat quippe hoc tunc singulare quiddam a singulari Dei benignitate extra foederis antiqui pactiorem profectum. Et fol. praeced. 181. Per Christum demum haec justificandi ratio orbi terrarum manifestata, promulgata & palam annunciata est. Smalz. contra Frantz. fol. 93. Etiam si fide olim homines etiam justificati fuerint, tamen ista fides in rebus**

MA-

gni momenti, nihil commune habet cum ea, quæ nunc homines sub N. T. justificantur. Primum enim fides illa Deum solum respiciebat: At nunc requiritur fides in Deum & Christum, sive, quod idem re ipsa est, fides in Deum per Christum, de qua altum in V. T. silentium. Deinde fides illa observatione præceptorum, quæ vel ante legem vel sub lege proponebantur, contenta erat: At fides, quæ sub N. F. præter ea, quæ olim a fidelibus requirebantur, requirit etiam observationem eorum, quæ partim ad legem sunt addita, partim tanquam nova prorsus à Christo præcepta. Conf. etiam Ostroedum Præfat. Instit. pag. 8. Slichtingium &c.

§. 9. Affinis sententiæ huic Arminianorum opinio est, qui cum Socinianis hac in parte ὁμολογητοὶ ferme sunt, ac fidem in Christum minus clare in V. T. traditam extare contendunt. Nam crediderunt (Patres V. T.) firmiter, Simon Episcopus scribit Part. I. Disp. II. Thes. 21. promissis divinis, quæ typos & umbras rerum cælestium continebant, quæque Christum ejusque beneficia juxta intentionem divinam representabant & præfigurabant: quæ ratione in Christum Jesum respexisse fidem illorum censemus. An vero fides hæc in omnibus, & singulis, (Prophetas enim & alios nonnullos excipi volumus,) conjunctam sui habuerit notitiam & scientiam claram atque apertam typorum & umbrarum, quod videlicet typhi atque umbræ essent rerum earum, quæ nobis nunc apparent, & in Christo postmodum evenerunt, disquiri permittimus. Nos difficillime hoc cum infanti ista populi Israelitici ætate, cumque œconomia & illa ordinaria, quam Deus in ista gente observavit, dispensatione conciliari posse credimus. Obscuram tamen & tenuem habuisse neutiquam dubitamus. Respicit huc pariter Adolphus Venator, qui in Declar. f. 83. Multas, inquit, ob causas salus alligari non potest historiali fidei in Jesu passionem & mortem. Nam si requiratur externa historia cognitio, & nunquam hominem Deo gratum esse posse sine fide passionis & mortis Jesu Christi, quid consilii supererit miseris Judis, quibus in quinque libris Moysi ne unum verbum hæc

de re patefactum est? Accuratius autem præ aliis ut sentire videatur Remonstrantium Apologia, fidem in Christum, ut vocat, historicam, quæ in genere tantum creditus fuit Messias venturus, probe discernit a justificante, quæ specialiter credimus Messiaæ satisfactionem, eandemque in V. T. requisitam fuisse negat. Per fidem in Christum, ait, intelligi potest aut fides historica illa, quæ creditur Messiam aliquando venturum; aut fides justificans, quæ in Messiam moriturum, & morte sua redemptionem populo suo impetraturum, imo ex morte in vitam suscitandum creditur: istius fidei mentionem expressam sub V. T. ut facerent Remonstrantes, non erat necesse. Nec enim ista fides est fides illa, quæ salus & remissio peccatorum obtinetur. Et nemo est, qui dubitare audeat, fidem illam sub V. T. inter Judæos locum habuisse, cum ex historia V. T. id nimis manifeste liquet, ubi expresse legitur, fuisse illam communem Judæorum fidem, & imprimis sanctorum multorum, qui redemptionem Israelis, expectasse dicuntur, Luc. I. &c.

§. 10. Sentit cum Arminianis per omnia ferme D. Georgius Calixtus, qui, ut distincte admodum procedere videatur, duo potissimum capita respicit, ac tum de Persona, tum de Officio Messiaæ disquirat. Ac circa personam quidem, Messiam futurum Deum admittit aliquo modo revelatum fuisse in V. T. crediturque necessarium posterioribus temporibus, post Davidem scilicet ac reliquos Prophetas; ante hos vero ac prioribus temporibus negat, homines, ut fide hæc suscipiant, fuisse obligatos. Disertis namque verbis hanc suam mentem in der Wiederlegung/ Thes. LXXXVII. exponit: Der ander Satz (D. Welleri) ist/ D. Calixtus schreibt/ man habe im A. T. an Jesum Christum/ als wahren GOTT/ nicht eben glauben müssen/ man habe auch daran in gemein nicht gegläubet. Quam propositionem suam esse non modo fatetur, verum etiam in sequentibus corroborare hunc in modum nititur: Hat man insgemein gegläubet/ der zukünfftige Messias würde wahrer GOTT seyn/ so frage ich/

ich/ ob solches vermügte Zeugnissen der H. Schrift gegläubet worden/ oder ohne Zeugnissen? Wann es ohne Zeugnissen gegläubet/ ist warlich die Schrift sehr mangelhaftig gewesen/ in deme ein so hoher Articul hat müssen gegläubet/ und dennoch mit Zeugnissen / die gewissen und deutlichen Beweißthum inne hätten/ nicht hat können erwiesen werden. Sind hierzu bündige Zeugnisse der Schrift nöthig gewesen/ die finden sich ja in Moses Büchern nicht/ denn das Bara Elohim, Kanithi isch eth Adonai, Pluit Dominus a Domino, wie gnugsam erkläret/ wollen es nicht ausrichten. Im Buch Josue/ der Richter/ Könige/ wird sich auch nicht finden/ damit dis Werck könnte gehoben werden. In den Psalmen Davids/ und also 400. Jahr nach Moses Zeiten/ finden sich hieher gehörige Sprüche: deren doch die meisten nicht im N. T. angezogen/ und auf Christum wären gedeutet worden: ic. bey den Propheten finden sich zwar noch mehr / es gehet aber dennoch schwer zu/ wenn daraus ein bündiger Schluß wieder die Jüden gemacht und behauptet werden soll. Wenn aber Gott hätte alle Menschen/ und zu ieden Zeiten/ dahin verbinden wollen/ nemlich des Messia Göttheit ausdrücklich zu gläuben/ so würde er dieselbe auch allewege mit hellen deutlichen Worten offenbahret haben. Deinde & Subjecta Calixtus distingvit, quibus ante nativitatem Christi facta sit divinitatis ejus revelatio, atque peculiarem eam fuisse Patriarchis atque Prophetis concedit quidem cum Novatoribus aliis, omnibus tamen fidelium ac singulis patuisse hanc divinitatem Christi, negat, quin potius asserit, Salvator promissus num Deus, num Angelus, vel quispiam alius futurus sit, non adeo exacte omnibus constitisse. Zu Anfang ist nicht offenbahr gewesen/ ob der Messias seyn würde anders nicht/ als ein Mensch/ oder ob seine menschliche Natur mit einer andern höhern/ als Englischen/ oder Göttlichen würde vereiniget werden/ subjicit in fine der Verant-

antworten. Nec recedit a Calixto Dreierus in der gründlichen
Erörterung/ von der H. Dreyfaltigkeit/ p. 50. seqq. ubi idem
affirmat, simulque testatur, Mysterium SS. Trinitatis a Patriarchis,
Prophetis ac Viris Synedrii Magni peculiari modo sibi revelatū,
clam fuisse habitum, quo Messia demum reservaretur manife-
standum. Man gestehet gern/ inquit, daß alle und jede im A.
Z. verpflichtet gewesen zu glauben an Gott/ der sie erschaf-
fen / der sie durch den Messiam auch erlösen würde / und
durch seinen H. Geist heiligte/ welches gewiß eine Erkänntnis
der H. Dreyfaltigkeit war/ wiewol nicht distincta, clara & ex-
plicita, daß diese drey Personen in einem göttlichen Wesen
wären/ und wie sie zu unterscheiden ; davon doch eine klährere
Erkänntnis gehabt die Patriarchen / Propheten und das
Sanhedrim oder der grosse Rath zu Jerusalem/ die siebenzig
Eltesten/ welche die Geheimnis wohl bewahrē mußten/ die der
Messias offenbahren und klähr an den Tag bringen sollte/
welche sie auch dem gemeinen Mann gern verhohlen und
nicht klährlich fürgetragen/ wie daß die Schrifften der Jüden/
sowol alte/ als neue bezeugen. Und dannhero findet man
in den alten Schrifften der gelehrten Jüden oder Rabbinen
wol Zeugnis von dem Geheimnis der Heiligen Dreyfaltigkeit/
damit wir solches auch wieder die Lasterungen der neuen Jü-
den vertheidigen können/ aber allen gemeinen Leuthen haben
sie solches nicht alsobald fürgetragen. --- p. 52. Denn gewiß
den Jüden/ zumahl den gemeinen Leuthen/ die Lehre von der
H. Dreyfaltigkeit und von der Gottheit des Messia gar
wunderlich und ungereimt vor kam/ darumb suchten sie Chri-
stum den Herrn zu tödten/ daß da er ein Mensch war/ sich den-
noch selbst zu Gott machte wie sie sagten Joh. V. 18. c. X. 33. & c.

§. II. Officium autem Messia quod tandem spectat, pas-
sionem Christi post Davidis demum ac Prophetarum tempora
Calixtus innotuisse docet, cognitu vero credituque ad salutem,

Arti-

Articulum hunc necessarium fuisse, prorsus negat. De priori manifeste in der Verantwortung Num. XVIII. Thes. 19. scribit: Vom Esaia ist auch das Leiden und Sterben des Messia deutlicher propheceyet / als vorher geschehen / da vor / ehe David seine Psalmen geschrieben / in vorigen Büchern nichts zu lesen: utut postea non Davidi, sed Esaia revelationem meriti ac satisfactionis Christi adsignet in der Wiederlegung / Num. XXIII. hisce verbis: Zum siebenden stehet zu beobachten / daß im Alten die Zusage und Lehre von dem fünfftigen Messia allmählig zugenommen / und dem vorigen etwas / welches vorhin also nicht bekant / zugethan worden. Nemlich Anfangs hat Gott offenbahret / daß der Messias / der der Schlangen den Kopff zertreten / das ist / des Teuffels Werke zerstöhren / und der Sünde / dem Tod und Verdammnis / welche vom Teuffel eingeführet / ihre Krafft benehmen würde / seyn solte Semen mulieris, eines Weibes Samen / das ist / ein Mensch vom Weibe geböhren / Gen. III. 15. Ungefähr nach zwey tausend Jahren ist hinzu kommen / daß es werde Abrahams Saamen seyn / in welchen solten gesegnet werden alle Völcker auf Erden. Noch fast nach tausend Jahren ist David König in Israel gewesen / deme zugesaget / daß Messias sein Sohn / das ist / aus seinem Geblüte / Stamme und Geschlechte solte geböhren werden. Von David biß auf den Propheten Jesaiam sind über zwey hundert Jahr / welcher denn verkündiget / daß der Messias von einer Jungfrauen solte geböhren werden / derselbe hat auch verkündiget / daß Messias für die Sünde der Menschen leiden und sterben würde / c. LIII. Quod autem passionis Christi notitia ad salutem non fuerit necessaria Calixtus denuo in der Verantwortung Num. 18. affirmat, de Petro, Jacobo, Johanne & aliis fidelibus ante passionem Christi scribens: Sie haben gegläubet an den von Gott verheissenen Messiam / auch daß derselbe nunmehr gekommen / und wäre dieser Jesus Maria Sohn /

Sohn /

Sohn/ ob sie schon von seinem Leiden/ Sterben und Auferstehen zu der Zeit nichts ausdrücklich gewußt. Solches ist auch damals zur Seeligkeit genug gewesen/welches hernach/ wie das Neue Testament gänzlich zur perfection und promulgation gedihen/nicht genug. Quibus quidem verbis Calixtus ac Novatores alii mentem suam satis declarant, ac identitatem fidei Veteris ac Novi Testamenti summa, qua possunt, opera impugnant.

§. 12. Denique & mens hæc Weigelianorum est atq; Turcarum, quorum illi unam populorum religionem esse, nec ignorantiam Christi Ethnicos damnare, aperte scribunt in Sendbrieff an die Hirten qu. 1. p. 52. & qu. 3. p. 91. nec non in Libro, cujus Titulus: Spiegel der Weißheit und Wahrheit/, c. 2. p. 75. hi vero quoscunque recte viventes salvandos esse, statuunt. Nam; *sciendum generaliter, quoniam omnis recte vivens Judæus sive Christianus seu lege relicta in aliam tendens, omnis scilicet DEUM adorans bonique gestor indubitanter divinum amorem assequitur, confitentur in Alcorano Azoar. 2. referente B. Gerardo in Exegef. Loc. 2. §. 81. Ac diversam adeo salutis viam sibi fingunt, non iatu meriti Christi, quod omnes fideles respiciunt, & sine quo nulla obtingere nobis salus potest: nullum enim nomen est aliud sub cælo datum, in hominibus, in quo oporteat servari nos, quam unice in nomine Jesu, Actor. IV. 12.*

§. 13. Inter has igitur tamque varias longa serie jam recensitas opiniones quo plenius de Adversariorum mente constare, tandem possit, ac vera sententia probari, notanda quædam sunt in antecessum, imprimis autem (1.) distingvendum inter Fidem Historicam, atque Salvificam. Illam in Veteri Testamento viguisse, admittunt Novatores, statuuntque, creditum fuisse tunc in Mediatorem, in Redemptorem, in Servatorem, in Contritorem capitis serpentini; quomodo autem cunque se habuerit illa mediatio, redemptio, salus &c. non adeo scitu fuisse opus. (2.) Pontificii

tificii distingvunt inter Fidem Explicitam, & Implicitam. Hanc solum fidelium singulis tribuunt; quæ vero proprie loquendo non est fides. (3.) Probe hic considerari duplex hominum status debet, quorum alius ante lapsum erat, alius post lapsum. In illo salvandi ratio omnino ab hac nostra post lapsum differebat; quæritur autem hic tantum de posteriori, scilicet de statu hominis post lapsum, an ibi eadem perpetuo fides fuerit, sub quocunque statu ac tempore Ecclesie considerata (4.) Unitas autem hæc fidei, quæ nunc in quæstionē venit, l. quoad nomen solum spectari potest, vel quoad rem, nomine indicaram. Non unum idemque semper obtinere nomen justificantem fidem, sed nomina specialia eademque diversa nonnunquã sortiri, concedimus, quociescunque fides jam dicta e. g. modo Adamitica, modo Abrahamitica, Mosaica etiam, aut Israëlitica dicitur; re ipsa tamen conveniunt, eandemque respiciunt fidem: Unde non de unitate nominis, sed rei hic nobis quæstio est. (5.) distingvendum inter unitatem essentialiæ, & varietatem circumstantiarum. Agnoscimus, aliquam diversitatem quoad circumstantias dari, non modo objecti, quantum ad Mediatoris Christi humanitatem, quæ in oraculis ac Typis in Veteri, in Novo Testamento autem in ipsa jam substantia habebatur; verum & temporis, quo isthic creditum fuit in exhibendum, hic in exhibitum Messiam: non tamen ipsa propterea, fides mutata fuit, quia potius eadem perpetuo manet. (6.) Obscuriora quædam Veteris Testamenti loca, & in N. T. clariora esse ex Col. II. 17. & Ebr. XI edocti admittimus; non tamen idcirco Patribus omnem Mysterii hujus revelationem penitus ignotã fuisse, credimus; prout negotium hoc simili quodam, ab iis, qui operantur ad lucernas noctu, & qui operantur interdiu, petito, non inepte quidam illustrant. Sicut enim qui noctu ad lucernas legunt atque laborant, non omnia tam penitus contemplantur, quam ea possunt cernere illi, qui post exortum Solis ad hujus fulgidissimum splendorem opera sua exercent: ita & de Messie ortu, vita, concionibus, passione, merito, resurrectione ac regno lon-

ge plura & clariora euncta sunt, quæ novit Ecclesia Novi sic dicti Testamenti, quam quæ noverat Ecclesia Veteris Testamenti. Perinde autem ut diligens Paterfamilias porro eodem fine, eodem cum successu ad lucernas præparare eandem rem consuevit, quam facit is, qui post Solis ortum eam operatur: Sic etiã eundem Christum, eandem mentem ac summam concionum Christi, doctrinam eandem de ipsius passione, morte, merito, resurrectione & regno, quantum ad salutem æternam necessarium erat, tã percepit, scivit atq; credidit vetusta Ecclesia ante exhibitum Messiam, quam nunc scit & credit post incarnatum λόγον Ecclesia Novi Testamenti. (7.) Tenendum igitur, Veteris Testamenti libros non tantum hominibus V. T. in hoc articulo profuisse, sed etiam prodesse nobis, atque nos confirmare. Unica quippe fides, unica Ecclesia est in utroq; Testamento. (8.) observandum, quod Fides in Christum, per quam justificari nos Adversarii concedunt, etiam proposita in V. T. fuerit, non tantum ut hominibus in N. T. victuris necessaria; verum etiam ut hominibus in Veteri Test. utilis atque proficua. Quare non solum per modum prædictionis, verum & ceu medium apprehensionis, ad salutem necessarium, tradita est doctrina de Fide in V. T. (9.) Non quæritur hic de ordine pædias in perducendis Judæis ad fidem Christi, utrum nempe a demonstratione Deitatis e V. T. exordiũ faciendum sit, quemadmodum statum quæstionis, ut glaucoma imperitis objiceret, pervertit Calixtus; sed de revelatione mysterii de Christo, ante Christum exhibitum facta, de capitibus creditu necessariis sub V. T. & de fide, qua salvari oportuerit fideles ante adventum Christi, ac imprimis etiam eos, qui ante diluvium vixere. Unde (10.) cum probe Messia cognitio hic requiratur, distingvimus inter Personam atque Officium Christi. De utroque quæritur: non enim tantum de divinitate Christi constare debebat in V. T.; verum quoque de passione ejus, morte &c. (11.) est notandum. Vetus atque Novum Testamentum non aliter accipi hic, quam de statu Ecclesie altero jamdudum præterito, ab exordio mundi usq; ad

ad

ad Christi adventum; altero vero præsentia a nativitate Christi ad consummationem seculi. Nam in utroque statu num una fuerit eademque, an vero diversa salvandi ratio? hoc loco disquiritur.

§. 14. Affirmativam quoad identitatem Petrus in nostro dicto longe clarissimo Actor. XV. II. amplectitur, perspicue contendens: ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι, καὶ ἐν τῷ ὄντι κἀκείνῳ. *Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi.* Occasio sententiæ hujus, de identitate fidei tum in V. tum in N. T. a Concilio Hierosolymitano unanimes consensu lata, σύρραξις erat, in Ecclesia Antiochena orta, & a Luca vers. 2. hunc in modum descripta: Γενεμένης ἂν σώσεως ἢ συζητήσεως ἐκ ὀλίγης, quæ verba Vulgatus reddit: *Facta seditione non minima*; sed minus accurate, eo quod σωζήσεως vocem non exprimat. Quare Beza vertit: *Orta repugnantia & disceptatio. & non parva*; Tremellius: *Facta est commotio magna & disputatio*; omnes vero in eo conspirant, quod magnus excitatus Antiochiæ fuerit tumultus, ita, ut ad seditionem publicam inclinare turba videretur. Ac seditionem quidem hic pro secessione & acri contentione sumi, interpretes notant, quasi Lucas dixisset: Paulus & Barnabas secesserunt & disenserunt ab aliis Judaizantibus, acriter contra defendentes, gentiles conversos non esse ad circumcisionem & observationem legis cogendos. Ad quem vero locum Cornelius a Lapide observat, quod seditionis vocabulum quandoque in bonam, quandoque in malam partem sumatur, prout causa vel bona vel mala est. Quoniam ergo hic Apostolis tribuitur seditio & repugnantia, non debet sumi in malam partem, sed pro separatione & discessu, pro tali contentione, quæ veluti sectas faceret & schismata; imo denique addit, hæc seditio populo potius tribuenda, quam Paulo & Barnabæ: populus enim fidelis, auditæ legis jugo, quod ei imponere volebant Judaizantes, concitavit tumultum & seditionem, ac tumultuans adortus est Paulum & Barnabam, eosque coëgit insurgere contra Judaizantes, ac populi Christianam libertatem propugnare. Hinc Ecclesia Anti-

ochena in duas quasi scindebatur partes, ex quarum una constituti erant tum Paulus, electum illud Dei organon, Actor. IX. 15. tum Barnabas, non quidem ille, qui Actor. 1. 23. cum Matthia in electione conjungitur, sed qui Actor. IV. 36. dicitur Joseph ab Apostolis cognominatus Barnabas, vir illustris, ac inter fideles primarius: ab altera vero parte stabant contradicentes Pharisei conversi, Pseudo Apostoli, quos pariter Lucas, dum descendisse ex Hierosolymis eos memorat, autoritate multum valuisse apud populum attestatur. Nam ad hæc verba Gualtherus Hom. Cl. ad cap. XV. Actor. *Non potuit ergo non maxima esse illorum autoritas, ait, cum Hierosolymitana Ecclesia quasi communis quaedam mater omnium esset, & non immerito ab omnibus aliis observaretur, eo quod ex hac Evangelium salutis primum prodisset. Non est ergo dubium, quin Apostolorum nomen & autoritatem impostores illi magnifice jactarint, contra vero Pauli & Barnabe autoritatem pro virili elevarint, quasi in Apostolorum numero minime censendus, qui non cum Jesu in carne conversatus fuit.* Quæ etiam res Apostolum procul dubio commovit, quod contra Pseudo Apostolos autoritatem suam & characteres Apostolatus sui acerrime vindicare tam crebro in Epistolis suis aliaborarit. Primarius vero seditionis hujus Autor Cerinthus fuisse perhibetur, qui, teste Epiphano Hæres. 28. cum esset natione Judæus & circumcissus, omnes ad Christianismum conversos ad circumcisionem adigere voluit, qui etiam contra Petrum tumultum excitavit, & murmuris illius antesignanus fuit, ac denique, ut Paulum caperent, Judæos commovit. Assecla ejus Ebion fuit, qui mentiebatur Paulum esse Gentilem, sed factum esse contendebat Proselytum, ut Hierosolymis filiam Sacerdotis in uxorem ducere posset; verum hæc spe dejectum, factum esse hostem Judæorum & Judaismi: prout ex Epiphano Hæres. 30. hæc recenset Cornelius a Lapide loco citato.

§. 15. *Objedum* certaminis hujus seu thesis controversa, & a credentibus jam Phariseis proposita, de necessitate justitiæ
le.

legalis erat, an nempe circumcisio & legis Mosaicae observatio; ceu media ad salutem consequendam necessaria, imponi gentilibus conversis debeant? vers. 1. 5. Nisi circumcidamini secundum morem Moïsis, non potestis esse salvi, Judæi Antiochiam videntes asseverabant, ac per circumcisionem hanc legis quoque Mosaicae observationem, interprete Apostolo Gal. V. 3. requirebant, non ceremonialis tantum, verum & moralis. Indicat hoc præclare admodum notabilis illa distinctio, vers. 5. facta, nec non prohibitio fornicationis, vers. 20. 29. ubi rescribendum concludebant Apostoli Antiochenis, ut abstineant se ab inquinamentis simulacrorum & fornicatione; quæ autem scortatio non in ceremoniali, sed morali lege, ejusdemque præcepto sexto interdicta erat. Movebatur præterea de ea lege potissimum controversia, quæ jugum erat importabile: Atqui ceremonialis non tantum, sed moralis maxime tale jugum est, continens, ut Salvator noster inquit, *Ἐσπούτερα τῆ νόμου*, Matth. XXIII. 23. Unde de lege non tantum ceremoniali, sed morali imprimis hic controversia est; ceu prolixius totam hanc rem deduxit Brennius Hom. 66. ad Actor. XV. quum, *Discipuli*, ait, *quidam ex Judæis Christiani facti, turbam in Antiochia contra Paulum & Barnabam & gentes in Christum absque circumcisione credentes excitant, & reprehendunt quodam Paulum & Barnabam, quod recepissent gentes absque circumcisione; Gentes autem docebant, quod non possint esse salvæ, nisi circumcidantur juxta legem Moïsis. Habebat autem hæc sententia maximam pietatis speciem. Primum enim Deus ipse circumcisionem instituit, de quo Gen. X. 10. seqq. Deinde quia etiam Apostoli, qui erant Hierosolymis, adhuc observabant circumcisionem, & sinebant, ut parentes, Christum confitentes, pueros suos juxta legem Moïsis octavo die circumciderent; cujus rei rationem, & cur hoc ab Apostolis concessum, paulo post seq. folio addit: Postremo, quia ex circumcisione pendebat tota lex. Abrogata igitur circumcisione videbatur tota lex abrogari, non ea tantum legis pars, quæ de ceremoniis & rebus politicis precipit; sed etiam quæ de moribus lata est.* Plura in hanc rem qui de-

siderat, Quistorpium adeat, in Annot. Bibl. ad Actor. XV. caput.

§. 16. Equidem Pontificii, justitiam operum ac possibilitatem observantiae legalis contra manifestum Petri intentum defendentes, Petrum non loqui hoc loco de lege morali, sed ceremoniali tantum, probare cum Bellarmino Lib. 4. de Justif. c. 14. annuntur (1.) *ex verborum occasione*, dum Lucas scribit, surrexisse quosdam ex discipulis, qui dicerent, oportet gentiles conversos ad fidem circumcidi & legem Moysi omnino servare: causam igitur hanc fuisse putant, cur Apostoli Concilium coegerint, adeoque & Petrum de circumcissione & id genus aliis ceremoniis loqui. (2.) *ex decreto hujus Concilii*: Visum est Spiritui Sancto & nobis, nil ultra imponere vobis oneris, quam ista necessaria &c. Ex quibus verbis ita colligunt: Necessaria haec Apostolus dicit vel ex ceremoniali, vel simpliciter ex lege universa. At non ex hac, quia alioquin sequeretur, non esse necessarium, non colere idola, non furari &c. quod est absurdum, ergo tantum ex lege ceremoniali. (3.) *a scopo Apostolorum*, qui est remove jugum legis a cervicibus omnium gentium; quaerunt autem, quid hoc potissimum sit? An tollere obligationem atque abrogare legem? An vero tollere opinionem justificationis ac docere, neminem per eam legem posse justificari? Si illud, absurdum dici putant, quia nulla lex amplius obligabit: si hoc, lex ceremonialis adhuc obligabit, quod repugnat Apostolo Gal. V. 2. Si circumcidamini, Christus vobis nil proderit: adeoque tandem concludunt. Apostolos per jugum importabile legem ceremoniam intellexisse, atque ejus obligationem per Christum sublatam declarasse. Ad quod vero *primum* statim respondemus, non solidam hanc consequentiam esse, cum occasio disputationis fuerit de impositione circumcissionis, de qua proinde unice quoque actum. Fatemur, occasionem huic Concilio dedisse circumcissionem, sed nil obstat, quo minus ratio altius surgat & longius repetatur; imo & hoc necessum erat, quia ceremoniarum usus non potest intelligi, nisi

nisi ad legem referatur. Suggestit tale exemplum ipse Paluus, cum de hac ipsa quaestione disputat Gal. III. 12. ubi se intra disputationem illam pariter non continet, sed ad legem moralem assurgit, eiqve justificationem negat. Manifesto igitur Petri ratio infert: Circumcisio non est retinenda, quia legis onus, quod circumcisio praesupponit, plane est importabile. Deinde ad *alterum* respondemus, necessaria decreta haec dici non ratione obligationis, sed temporis, adeoque nec sequi: Si haec petita sunt ex universa lege, reliqua necessaria non erunt necessitate obligationis, vel, Petrus de lege morali non est locutus. *Tertio* admittimus, intendisse Apostolum, non tantum remove opinionem de justificatione per legem; sed etiam usum ceremoniarum, non vero legem moralem, abrogare. Neutrum ergo absurdorum Bellarmini ad nos, nec sequitur, ergo importabile tantum ad legem ceremonialem pertinet. Et quamvis Becanus hic regerat, legem ceremonialem importabilem dici, non quod omnino portari nequeat, sed quod difficulter; hanc tamen glossam nee phrasis, nec contextus admittit. Non phrasis, quia legis jugum non dicitur *δυσβάσαντον*, sed simpliciter, *ἀβάσαντον*; neque etiam contextus, quia legi tanquam jugo importabili opponit gratiam Jesu Christi, quia Patres V. T. non minus justificati ac salvati sunt, quam nos in N. T.

§. 17. Quapropter ut de hac ardua satis magnique momenti controversia fieri tandem judicium possit, convenerunt in Concilio, Hierosolymis instituto, Apostoli pariter atque Presbyteri, deque lite hac componenda inter se deliberarunt. Atque ex Apostolis quidem accesserant Petrus, Johannes, Jacobus ab Apostolo Gal. I. 19. Domini frater appellatus, Paulus & Barnabas: ut ut alii omnes duodecim Apostolos una cum Jacobo fratre Domini Concilio huic, ut de proposita quaestione agerent, singulari studio interfuisse, sed falso, contendant; cum ab Herode Jacobum Majorem fuisse jam occisum, Actor. cap. XII. 2. satis confirmet. Reliqui vero jam excurrerant in suas quisque sortes, se-

cun-

cundum præceptum Christi, ante ascensionem ipsis injunctum, ac Evangelium prædicabant ubi vis terrarum, ex quo fiebat, ut in pertractando tam arduo Religionis Christianæ negotio Apostoli non omnes comparerent. Presbyteri interea his confedebant, qui seniores erant, ita dicti ab ætate, & in honorem atque usum Ecclesiæ adsciti, quo non minus atque Apostoli curam ejus agerent, & hoc imprimis turbulente rerum statu veram salutis consequendæ viam Judæis atque Gentilibus cõversis definirent. Nam in hunc finem Petrus surgebat primum, atque Auditores, quorum sibi animos optabat conciliari, suavissime compellabat, post magni ponderis rationes producebat, quæ etiam cõteros movebant Apostolos, ut unanimi cõsensu tandem concluderent, per solam fidem in Christum fideles in Veteri non modo Testamento salvos esse factos, sed in Novo etiam Fœdere nos per eandem unice salvari. Per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi, prolata sententia habet.

§. 18. *Fundamentum* effati hujus in oppositione legis ac fidei in Christum consistebat, in discernendo opere salutis facta, docente particula præcedente *ἀλλὰ*, quæ primo omnem rationem per legem salvandi excludit, utpote in verbo Dei non fundatam, ceu ex vers. 10. constat, cum Apostolus ait: Nunc ergo quid tentatis Deum &c. atque adeo removet omne legis opus. Etenim Deum tentare hic loci, ex mente Magnif. atque Summe Reverendi Du. D. Præsidis in Bibl. Illustr. ad Actor. XV. 10. dicitur, qui conatur aliquid facere vel aliis imponere, quod longe supra ipsorum vires, nec a Deo mandatum est, qualis erat illa jugi legis impositio, & observationis mandatorum, ceu necessariæ ad consequendam salutem; ut proinde Petrus quasi dicat: Qui opera legis, tanquam necessaria ad consequendam salutem æternam media, urgent, a proposito Dei discedunt, & cum Deus legem idcirco tulisset, ut per eam ad agnitionem peccati deducti ad quærendum Mediatorem adigeremur, ipsi consilium Dei propria temeritate & audacia mutant, ac partim Dei gratia, partim ex operibus

ribus

ribus propriis justificari satagunt, loco cit. Quare novam hanc & sine verbo Dei justificandi rationem a conversis Judæis & Pseudo Apostolis aliis fictam Petrus refutat, exemplo maxime Judæorum salvandorum ductus, quibus ne quidem ipsis hic salvandi modus a Deo præscriptus erat aut usitatus : unde nec a gentibus ad Christum convertendis & ex parte jam conversis eundem requiri posse, invicte concludit. Utrisque ille impossibilis erat, docente Apostolo vers. 10. neque Patres neque nos portare potuimus jugum legis, multo minus per legem licuit nobis salvari, dum per legem nemo æternam salutem assequitur, nisi qui exactissimam illi obedientiam præstiterit. Hinc longe alia ratione, quam illa legali, Patres salvatos fuisse oportet, aut plane a salute rejectos, manifeste omnes circumstantiæ Textus demonstrant. Posterius autem dici non potuit, ergo prius relinquitur, nempe dari aliam rationem perveniendi ad vitam æternam, quam per legem, quæ gratia est seu fides in Dominum nostrum Jesum Christum. Nam postquam vers. 10 Petrus ostenderat, per legem neminem salvari, ac ne quidem sanctissimos Patres portare potuisse jugum legis, & tamen a salute haudquaquam fuisse exclusos, insimul vox *ἀλλὰ* aliam salvandi rationem adstruit, cum Apostolus inquit: Sed credimus per gratiam Domini Jesu Christi salvari. Ubi quidem principium salutis hujus æternæ gratia est, videlicet gratia Dei, indicata per vocabulum *χάρις*, quod licet inter alia designet vel gratiarum actionem, ut 1. Cor. I. 30. vel gaudium, ut 2. Cor. I. 15. ; hic tamen per gratiam rectius & magis proprie explicatur, non quidem talem, qualem Pontificii in Articulo de Justificatione sibi fingunt, & quæ nobis inhæreat, sed per quam vere salvamur, Eph. II. 8. 9. & quam Filius Dei unigenitus Christus Jesus puritate sua originali sanctissima, vitæ obedientiæ perfectissima, mortis satisfactione, apud Deum Patrem, suis membris promeruit, sicuti accipitur Rom. XVI. 20. 24. 1. Cor. XVI. 32. Philipp. IV. 23. Dominus noster idcirco nominatus,

D

minatus,

minatus, non generali tantum jure creationis cum Patre & Spiritu Sancto, sed etiam peculiari jure redemptionis, quia redemit nos, inque peculium acquisivit. Quod insigne Salvatoris nostri beneficium, ut quoque in usum cederet generi humano, fidem eum medium quoddam ex parte nostri, quo gratiam Christi apprehendere nobisque applicare licet, Apostolus tradit verbo πιστεύομεν, credimus, si scilicet credimus per gratiam Domini nostri Jesu Christi nos salvos futuros, hoc est, si credimus in Christum tanquam Redemptorem & Mediatorem nostrum, a quo gratia illa denominatur, etiam nos omnes vitam æternam consequi, exclusis omnibus hominum operibus, quo etiam cunqve illa nomine veniant, ac seposita omni prædestinatione atqve necessitate absoluta. Ad horum igitur Patrum exemplum, credimus, inquit Petrus, non suo tantum nomine vers. 11., sed etiam Apostolorum, totiusqve Synodi, ut constat ex collatione vers. 23. & 28. non exclusis gentilibus conversis, imo omnibus fidelibus, salvandisque sub Novo Testamento inclusis: credimus, inquit, per gratiam Domini nostri Jesu Christi nos salvos futuros, καθ' ὃν τρόπον καὶ αὐτοῖς, quemadmodum & illi, Patres scilicet in Veteri Testamento, de quibus ante fuerat locutus.

§. 19. Sentiunt hujus dicti nervum atqve invictam demonstrationis hujus rationem deprehendunt Volckelius potissimum Lib. 4. de Vera Relig. cap. 3. pag. 176. seqq. edit. Racov. nec non Smalzius Disp. 4. & 6. contra Frantzius, qui varia contra manifesta hæc Pauli verba proinde urgent, in alienum prorsus sensum ea detorquentes, atqve non ad Patres nominatos proxime, sed ad gentes verba, quemadmodum & illi, referenda esse obvertunt: de his enim vers. 8. Petrus dixerat, qui novit corda Deus, testimonium perhibuit illis, scilicet gentibus, dato illis (gentibus) Spiritu Sancto, sicut & nobis, scilicet Judæis, & nihil discrevit, inter nos & illos, scilicet gentes, fide purificans corda.

eo-

eorum, nempe gentilium. Cum interpretationi vero Textus e diametro repugnat, dum vocabulum ἐκείνοι Patres in V. T. tantum respicere ipsa constructio perspicue docet, nec circumstantiæ probe inter se collatæ admittunt, καὶ κείνοι Masculinum, contorta constructione, ad remotissimum, & quinque versibus ab eo distans Neutrum ἐθνη referri; uti nec vox μαθητῶν vers. 10. occurrens quicquam emollit, cum Disputatio Apostolorum cum conversis Judæis longe aliud petat. Quæstio de gentilium salvandi ratione instituta erat, an per legem, quod quidem ipsi intendebant, exclusa gratia divina salutem æternam consequi possint? quare gentiles ad Patrum in V. T. exemplum conformabat Apostolus, indeque in Novo etiam Fœdere eundem salvandi modum iis decernebat. Non enim Patres in Veteri Testamento Gentiles conversi erant, nec omnes exciderant salutem æternam, sed multi eorum procul dubio æternam salvati, genuinum quoque salvandi modum præbere poterant. Gentiles autem conversos quod si in exemplum Petrus adduxisset, manifeste commisisset circulum, quia de gentilibus conversis jam erat quæstio, adeoque si ab his probationis argumentum petisisset, probasset idem per idem, ac probationis loco adsumisset, de quo controvertebatur. Quare nequaquam Petrus Apostolorum aliorumque in Novo Testamento fidelium salutem exemplo gentium; sed e contrario gentium salutem suo & Patrum exemplo probat, ut Synodi conclusio sit: Gentibus conversis non est imponenda lex: ob rationem adductam, quia neque nos neque Patres ferre potuerunt.

§. 20. Regerunt vero ad responsionem hanc modo citati Autores unum atque alterum; maxime autem, si quem offendat, dicunt, quod remotius sit antecedens, gentium, vel discipulorum, quam Patrum, is non uno in loco idem accidere comperiet, si ad id animum adverterit. Ac producunt in hanc rem Actor. VII. 19. verba: ἔτι κατὰ σοφιστάμεν τὰ

D 2

γέ

γένεσθαι ὑμῶν, ἐκάντιστ' εἰς πατέρας ἡμῶν, τὸ ποιῆν
 ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζυγογονεῖσθαι,
 hic circumveniens genus nostrum, male affectit Patres nostros,
 ad faciendum expositos infantes suos, ad non sabolescere, c. X. 6.
 ἔτι ξενίζεται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ, ὃ ἐστὶν οἰ-
 κία παρά θάλασσαν. ἔτι λαλήσει σοι τί σε δεῖ
 ποιῆν, hic hospitatur apud quendam Simonem coriarium, cui
 est domus juxta mare: hic dicet tibi, quid te oporteat facere;
 qualia exempla plura occurrunt 2. Thes. II. 9. 1. Joh. II. 29. cap.
 III. 5. 2. Epist. vers. 7. &c. Deinde nil officit, ajunt, quod in
 Græco, quemadmodum & illi, sit genus Masculinum, vox vero
 gentium Neutrius generis: solet enim hæc vox, gentium, in
 Sacris Literis cum Pronominibus diversæ generis jungi e. g.
 Matth. XXVIII. 19. Docete vel discipulos facite omnes gen-
 tes, πάντα τὰ ἔθνη, baptizantes eos, αὐτοῖς, & iterum, do-
 centes eos, αὐτοῖς; conf. etiam Rom. II. 14. Imo si vel maxi-
 me relativum aliquod Masculinum requireretur, omnium opti-
 me vocem μαθητῶν contendunt posse intelligi, adeoque nihil-
 ominus hic loci non ad Patres respici, verum ad gen-
 tes.

§. 21. Sed rationes hæc mere particulares sunt, nihil con-
 tra nos facientes, unde nec a sententia nostra dimovemur,
 censemusque adhuc, vocabum κακῆνοι ad Patres unice hic
 esse referendum. Nam in uno alterove Scripturæ Sacræ lo-
 co relativum non ad propinquius semper, verum ad remo-
 tum etiam referri interdum posse subiectum, multa exempla,
 & inter hæc etiam loca ab adversariis adducta, docent, si nem-
 pe evidens aliqua ratio, cur illud fiat, suppeditari potest: ta-
 lis autem hic loci cum non occurrat, rem quoque ipsam asse-
 rere, ac sine urgente gravissima necessitate ab ordinaria via
 recedere, inconveniens plane foret. Acheet scopus Apосто-
 li

li generalis sit, agere de gentibus; specialis tamen magis attendendas, secundum quem cum justificatione Patrum nostram quoque justificationem confert. Quoad alterum pariter confiteamur, inveniri quaedam constructio τὸ ἐθνεῶν cum relativo Masculino; interim tamen certum est, in illis omnibus ac hisce similibus aliis locis nullum aliud occurrere Substantivum Masculinum, cum quo possit relativa particula construi, ut ita necessarium sit ad τὸ ἐθνεῶν referri. Secus autem fit in nostro Textu, ubi relativum Masculinum proxime antecedit nomen congruens, πατέρες, quo in casu non est necessarium Neutro ἐθνεῶν accommodari relativum. Unde quod fieri possit, ut talis sit constructio, probari forte exinde aliquo modo videretur, non vero quod fieri debeat, de quo nos quaerimus. Interim tamen quod discipuli nec intelligantur, ipse Apostoli scopus docet: nam illi debent intelligi per vocem καίκεῖνοι, qui possunt esse norma & exemplar, καὶ ὁ ἰσχυρὸς Apostoli & Sancti reliqui justificari possunt. Sed Discipuli non possunt esse norma & exemplar, E. nec hic intelligendi sunt, sed tantum Patres, qui similem ad modum in Veteri Testamento per fidem in Christum Mediatorem dicuntur salvati.

§. 22. Agnoscit hanc Petri mentem & Calixtus, qui proinde de Pactis Thef. 40. atque alibi, eandem ratam quidem habet; nihil autem hisce verbis aliud innui docet, quam quod in Messiam (non habito respectu, an Homo, an Angelus, an Deus esse debeat) crediderint Veteres, & per fidem in ipsum salvati sint, quum in der Wiederlegung Thef. 63. ita differit: Die Gläubigen des Alten Testaments sind gleichfalls gerecht und selig worden durch einen ebenmäßigen Glauben/ daß GOTT zu seiner bestimmten Zeit einen Messiam oder Christum

stum senden würde / durch welchen vermittelst
unendlichen Barmherzigkeit / Weisheit und
Macht die Missethat versühnet / und die ewi-
ge Gerechtigkeit solte wiedergebracht / oder
Bergebung der Sünden und die ewige Seelig-
keit erlanget werden. Und diß ist es / was S.
Petrus saget Actor. XV. ii. Wir / die wir an ihm /
im Anfang des Neuen Testaments leben / gläu-
ben durch die Gnade des HERRN JESU CHRISTI
seelig zu werden / gleicher weise wie auch sie /
nemlich die Väter und Gläubigen Alten Testa-
ments / seelig worden sind. Verum nihil hac Ca-
lixti exceptio nobis officit, dum, si fides ceu necessarium
salvandi medium in Veteri Testamento ex parte hominum
requisita fuit, eandemque ipse Calixtus admittit, meritum
quoque ipsum Salvatoris nostri cognitum esse debuit, quia
talem notitiam fidei natura supponit. Nam *non tantum in
genere*, Magnif. Dn. D. Præses responderet in Disp. de Fid.
Vet. Mundi Ante-diluvian. in Christum &c. Ann 1655. ha-
bita, *fides in Messiam, a Deo destinatum, quicumque ille
tantum futurus esset, homine an Angelus, an Deus, eis tribui-
tur, qui justificati fuerunt, sed fides in gratiam Domini JESU
Christi, eamque salvatricem. At Dominum per fidem agnosce-
re, & quidem Dominum suum, inque eundem collocare fiduci-
am, ut Dominum suum, & credere in gratiam salvatricem a pec-
cato, inferno, & diabolo adeoque restitutricem vite aeternæ, ac
denique ita in eam gratiam credere, ut quum per legem, vel
observantiam ejusdem, salus obtineri nequeat, per fidem in
illam salus obtineatur, eaque credendo quis salvetur; ea
pro-*

perfecto omnia intelligi nequeunt de tali Salvatore, quo de
haud constat, an creatura tantum, an vero Deus sit: quum
ne ullum quidem eorum in meram creaturam cadat. Nec
vero fides per gratiam Domini nostri Jesu Christi salvatri-
cem collocari potuit a priscis fidelibus sine notitia meriti & pas-
sionis Domini: siquidem sine passione meritoria nullus gratia
salvatrici locus fuerit, nec Dominus & Salvator extiterit,
vel etiam existere potuerit Christus, fatente ipsomet Calix-
to &c.

§. 23. Suscipisse autem hoc Christi meritum Pa-
tres firma fide, aeternamque salutem inde consecutos esse,
historia V. T. confirmat, dum longa serie omnium tem-
porum exempla fidelium refert, eorundemque fidem,
qua salvati sint, prolixius paulo deducit. Etenim post
lapsum Adami statim doctrina Evangelii revelabatur
de gratuita remissione peccatorum, intuitu Mediatoris,
caput serpentis contrituri, obtinenda, Gen. III. 15. qua
promissione postmodum se mutuo Protoplastos erexisse,
non modo Adamus, conjugem vers. 20. matrem omni-
um viventium appellando, adeoque & mortem vers. 19.
proxime praecedente denunciata ex oculis removendo;
verum & Eva, cum Cainum peperisset, acquisivi vi-
rum Dominum Gen. IV. 1. exclamando, insigne testimo-
nium praebent. Atque ut posteris tantum mysterium por-
ro constaret, Abelo deinceps primi Parentes illud incul-
cabant, qui hostiam pleniorum, quam Cain, postmodum
Deo obtulit per fidem in Christum, Sacrificiis praefigu-
ratum haecenus, directam, eo quod sine hac neque vi-
ctimae placere, neque peccata expiare poterant, offeren-
doque justitiae testimonium Ebr. XI. 4. reportavit. Clari-
us autem sub Enos fidem hanc patuisse, Moses innuit,
cum iste coepit invocare nomen Domini, Gen. IV. vers. ult. in-
quit,

qvit, sicut & Enoch testimonium accepit, quod per fidem placuerit Deo, Ebr. XI. 5. nam fidei istius finem Deus ostendit, nimirum non esse tantum acceptationem personæ in hac; sed & salutem in altera vita: quapropter & translatus Enoch legitur. Lamech de eadem gratiæ promissione concionabatur: Iste consolabitur nos, vel requiem præstabit in terra, cui maledixit Deus, Gen. V. 29. Cum ira Dei totum mundum obrueret, Noë factus est hæres iustitiæ, quæ secundum fidem est, Ebr. XI. 7. Et quia Scriptura dicit, Noam fuisse præconem iustitiæ. 2. Pet. II. 5. & per fidem damnasse mundum, Ebr. XI. 7. manifestum est, Patres usque ad diluvium tractasse repetitionem & explicationem primæ promissionis de Semine, traditæ in Paradiso, & quidem fuisse certamina de hac doctrina, præcipue tempore Noæ. Ex quibus atque his similibus jucundum sane est observare, quomodo usque ad diluvium singula membra primæ promissionis evoluta & explicata sint, quid scilicet Semen sit, quid Caput Serpentis, quid Contritio, quomodo promissio illa accipiatur? imo ex nominibus, quæ Gen. V. extant, multa colligi possunt.

§. 24. Post diluvium explicatio promissionis primæ pulcherrima ostenditur Gen. VIII. 21. ubi Deus ex sacrificio Noæ odorem quietis, seu placationis percepisse dicitur, ita, ut in corde suo dixerit, se non maledicturum ultra terræ propter homines, licet natura ita sit depravata, ut figmentum cordis humani malum sit ab adolescentia. Hinc cum Noë Gen. IX. 26. inquit: Benedictus Dominus Deus Sem &c. sine dubio respicit ad promissionem, atque adeo primum agit de benedictione; deinde vero inquit: Dominus erit Deus tuus. Imprimis autem illustris est secuta promissionis Evangelii ad Abrahamum repetitio, sæ-

sæpius & variis modis facta, Gen. XII. 1. seqq. c. XV. 18. &c. ad Isaacum etiam Filium, c. XXVI. 4. nec non Jacobum c. XXVIII. 14. De Josepho autem Epistola ad Ebræos c. XII. 22. Fide, inquit, Joseph mentionem facit exitus ex Ægypto, & de ossibus suis dat mandata.

§. 25. Propagata hæc doctrina temporis successu per Mosen fuit, qui & ipse potius elegit simul malis affici cum populo Dei, quam temporariis peccati commodis frui, majores arbitratus per Fidem divitias probrum Christi, quam Ægyptiorum thesauros, Ebr. XI. 25. 26. Siquidem multa eaque præclara de Christo vaticinia ipsi constabant Gen. III. IV. V. XII. XVIII. XXII. XXVI. XXVIII. XLIX. quæ & annunciavit Deut. XVIII. 15. ac literis postea consignavit: Si credidissetis Mosi, credidissetis utique & mihi, de me ille scripsit; si autem illius scriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Salvator noster contra Judæos de Persona sua disputans ait Joh. V. 46. 47. Instruetus hac salvifica doctrina in summis angustiis constitutus Jobus etiam ad Redemptorem Christum unice confugiebat, & propter hujus resurrectionem se quoque in extremo die resuscitatum iri ad gloriosam Dei visionem, firma fiducia collegit c. XIX. 25. Agnovit hunc Messiam David, atque constanti fide est amplexus Psalm. II. 7. 12. non modo quia Dominum omnium creaturarum, Psalm. VIII. sed quoad omnes etiam passionis ejus circumstantias Psalm. XXII. novit ipsum satisfacturum, Psalm. XL. novit ipsius dona, Psalm. XLV. novit ipsius adscensionem in altum Psalm. LXVIII. 19. &c.

E

§. 26.

§. 26. Idem Myſterium Spiritu Eſaias Prophe-
ta vidit , natum ſcilicet de Virgine Meſſiam , Eſa VII.
& IX. cujus ſolius livore nos ſanandi , Eſa LIII. , quod
caput integrum de paſſione & merito Chriſti agit. Vi-
dit eadem & Jeremias , ac novit Germen illud juſtum :
cujus juſtitia cum imputetur nobis ſine operibus
quibuscunqve , quomodo etiam non conſiſus fuerit in
Jehova , juſtitia noſtra ? Ezechiel regnum Chriſti val-
de perſpicue deſcribit c. XI. 17. ſeqv. c. XXXVI. 25. de
lavacro aquæ loquitur , c. XXXIV. 25. de Paſtore David , c.
XXXVII. 12. de reſurrectione mortuorum Daniel hominis
Filium ad antiquum dierum venientem obſervavit c. VII.
atqve Sanctum Sanctorum finiturum prævaricationes re-
ducturumqve juſtitiam ſempiternam , c. IX. 24. Oſe-
as , ſedebunt , inquit , ſine Rege , ſine Altari , ſacrifi-
cio , ac deinceps Meſſiam David nominat c. III. 4. 5.
mortem deſcribit c. XIII. 14. tertium diem reſurrecti-
onis notat c. VI. 2. &c. Joël quoque talia vidit , at-
que prænuſciavit c. II. 32. Quisqvis invocaverit no-
men Domini , ſalvus erit : qui vero Dominus Meſ-
ſias eſt Rom. X. 13. ob impetrandam ſalutem æternam
procul dubio idcirco invocatus. Imo omnes Prophe-
tæ a Samuele , ac deinceps , quotquot locuti ſunt , an-
nunciaverunt dies Meſſiæ Act. III. 23. Erectum il-
lud cornu ſalutis in domo David noverunt ſancti *οἱ ἀπ' αἰῶν*
Prophetæ , per quorum os locutus eſt Deus ,
fore , ut ſervaremur ab inimicis noſtris , & e manu
omnium , qui oderunt nos , ut uteretur Miſericordia
erga Patres noſtros , Luc. I. 69. ſeqq. Huic omnes
Prophetæ teſtimonium ferunt , remiſſionem peccato-
rum

rum accipere per nomen ejus omnem credentem in-
cum , Actor. X. 43. atque fidem adeo Patrum in V.
T. nixam in meritum Christi unice fuisse docent, per-
inde ut in Novo Testamento similem ad modum fideles
salvari se crediderunt.

§. 27. Postquam enim hanc egregiam fidei suæ
confessionem Hierosolymis edidisset supra memoratus
Apostolorum atque Seniorum cœtus, rescribendam quo-
que ejusmodi sententiam reliquis Apostolis atque Do-
ctoribus Ecclesiæ censebant, jubebantque, ut unicum
hoc salvandi medium suis Auditoribus sedulo propone-
rent, maxime vero iis, qui post fata sua Ecclesiis a-
liquando præesse, atque testimonium fidei, in satis-
factione Christi unice fundatæ, atque illibate perpetuo
conservatæ, luculentum singulis præbere possent. Quæ
etiam res feliciter postea successit, dum nusquam ejus-
modi Ecclesiæ Doctores defuerunt, qui unicam hanc
per Christum salvandi rationem non proposuerint, aut
literis non consignarint præcipua fidei capita, ab omni-
bus Orthodoxis tum temporis recepta. Etenim Poly-
carpus, Smyrnensis Episcopus, atque Johannis Evan-
gelistæ, aliorumque nonnullorum, ut Hieronymus in
Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogo contendit, Apo-
stolorum, qui Dominum in carne viderant, discipulus,
statim post horum tempora saluberrimam hanc doctri-
nam publice professus est, atque sub initio Seculi II.
propagare cœpit, insigne documentum ejus rei, in Epist.
ad Philippenles scripta, præbens, quorum fidem com-
mendat, eo quod a principio usque constans permane-
at, & fructificet in Domino Jesu Christo ὅς ὑπέμει-

νευ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἕως θανάτου κατευ-
τῆσαι, ac paulo post addit: ἔ τὸ αἷμα ἐκζητήσει ὁ
θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθέων αὐτῶ, meritum scili-
cet per sanguinem innuens, omnibus oblatum. Σύγ-
χρον Ⓞ Polycarpo Ignatius, Antiochenæ Ecclesiæ Episco-
pus & Martyr, qui pari modo hanc sententiam probat,
atque tum de se, tum de fidelibus in Ep. ad Eph. proinde
scribit: ῥύσεται ἡμᾶς Ἰησοῦς χριστός, ὁ θεμελιώσας
ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πέτραν, ὡς λίθου ἐκλεκτοῦ, ἑυαρ-
μαλογοῦμενος εἰς οἰκοδομὴν θείαν πατρὸς, ἀνα-
φερομένους εἰς τὰ ὑψηλὰ διὰ χριστοῦ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν
σαυρωθέντι Ⓞ, χόινω χρωμένους τῷ ἁγίῳ πνεύ-
ματι. πίσει δὲ ἀναγομένους, καὶ ἀγάπη κηφι-
ζομένους ἐκ γῆς πρὸς ἔρανον, ὁδοιποροῦντας ἀμα-
νώμοις. Μακάριοι γάρ, φησὶν, οἱ ἁμώμοι ἐν ὁδῶ
οἱ πορευόμενοι νόμῳ κυρίου. ὁδὸς δὲ ἐστὶν ἀπὸ λα-
νῆς, Ἰησοῦς ὁ χριστός. ἐγὼ γάρ, φησὶν, εἰμὶ ἡ ὁδὸς
καὶ ἡ ζωὴ. Ὁδηγεῖ δὲ ἡ ὁδὸς πρὸς τὸν πατέρα. ἔ-
δειξέ γάρ, φησὶν, ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ
δι' ἐμοῦ. Plenius autem in Epistol. ad Philadelph.
mentem suam proponit, cum inter alia inquit;
εἰς ὁ θεὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης. εἰς ὁ με-
σίτης θεῶ καὶ ἀνθρώπων εἰς τε δημιουργίαν νοητῶν
καὶ αἰσθητῶν, καὶ πρένοιαν πρόσφορον καὶ κα-
τάλληλον. εἰς δὲ καὶ ὁ παράκλητος Ⓞ, ὁ ἐνεργή-
σας ἐν Μωσῇ καὶ προφήταις καὶ Ἀποστόλοις. πάν-
τες

τες

τες ἔν οἱ ἅγιοι ἐν χριστῷ ἐσώθησαν, ἐλπίσαντες
 εἰς αὐτὸν, καὶ αὐτὸν ἀναμείναντες. καὶ δι' αὐτῶ σω-
 τηρίας ἔτυχεν, ὄντες ἀξιαγάπητοι, καὶ ἀξιοθαύ-
 μαστοι ἅγιοι, ὑπὸ Ἰησοῦ χριστοῦ μεμαρτυρημένοι ἐν
 τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος. Quibus & Ju-
 stinus Philosophus Martyr subjungi potest, qui eo-
 dem seculo floruit, ac perspicue admodum in Dial.
 pag. 272. ait: ὁν τρόπον ὁ Ἀβραὰμ τῇ Φωνῇ τῆ θεῶ ἐ-
 πίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, τὸν
 αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τῇ Φωνῇ τῆ θεῶ; & ibid. ἡ
 γὰρ χριστότης καὶ ἡ Φιλανθρωπία τῆ θεῶ, καὶ τὸ ἀμε-
 τρον τῆ πλῆθς αὐτῶ τὸν μετανοῶντα ἀπὸ τῶν ἁ-
 μαρτημάτων, ὡς δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἔχει. Et
 in Epist. ad Diognet. Quid aliud poterat peccata
 nostra (καλύψαι) occultare, ἢ ἐκεῖνς δικαιοσύνη;
 ἐν τίνι δικαιωθῆναι δυνατόν τῶς ἀνόμωσ ἡμᾶς, καὶ ἀ-
 σεβεῖς, ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τῆ θεῶ, ὃ τῆς γλυκειᾶς
 ἀνταλλαγῆς. ὃ τῆς ἀνεξιχνιάστς δημιουργίας. ὃ
 τῶν ἀπροσδοκῆτων ἐυεργεσιῶν ἢ ἀνομία μὲν πολ-
 λῶν ἐν δικαίῳ ἐνὶ κρυβῆ, δικαιοσύνη δὲ ἐνὸς πολ-
 λῶς δικαιοσύνη.

§. 28. Recipiebatur doctrina hæc seculo pariter mox
 insequente Tertio, fatente ipsomet Tertulliano, qui L. ad-
 versus Judæos Cap. 9. eum, qui ad Mosen Exod. III. seqq.
 locutus est, Deum fuisse; profitetur, qui ad Mosen loqueba-
 tur, inquam, ipse erat Dei Filius; de passione vero Chri-
 sti c. 10. scribit: Idem rursus Moses post interdictam omnis

rei similitudinem, cur aneum serpentem ligno impositum, pendentis habitu in spectaculum Israeli salutare proposuit eo tempore, quo a serpentibus post idololatriam exterminabantur? nisi quod hic Dominicam crucem intentabat, qua serpens Diabolus publicabatur, & laeso cuique ab ejusmodi colubris, id est, angelis ejus a delictis ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur. Nam qui in illam tunc respiciebat, a morsu serpentum liberabatur. Unde & Abrahamum per fidem solam justificatum esse, Lib. 4. contra Marc. refert. Suffragatur eidem Cyprianus, Episcopus Carthaginiensis, qui Passionem Christi in Tract. contra Demetrian. p. 150. luculenter confirmat: Quod ad passionem & sanguinem Christi pertineat hoc signum: & ille salvus, atque incolumis reservetur, quisquis in hoc signo invenitur, item Dei testimonio comprobatur, dicentis: Et erit sanguis in signum vobis super domos, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & protegam vos: & non erit in vobis plaga diminutionis; cum percutiam & conteram terram Aegypti. Quod autem ante occiso agno praeesset in imagine, impletur in Christo, sequuta postmodum veritate. Addi praeterea hinc potest Concilium, Antiochia habitum, in quo etiam talia leguntur.

§. 29. Atque hac ratione singulas Patrum atque Conciliorum hinc inde habitorum aetates & omnia secula percurrere, atque ex iis omnium temporum testimonia, pro confirmanda nostra sententia ulterius proferre in medium, ac demonstrare, quam maxime Doctores Ecclesiae circa hoc salutis nostrae fundamentum perpetuo consense-

senferint , nobis in proclivi foret ; quoniam
autem nimis hoc prolixum esset , hic acquiesci-
mus , atque Deum O. M. supplices veneramus ,
ut saluberrimam hanc doctrinam incorruptam
nobis imposterum conservet , suaque gratia por-
ro adesse velit , quo tandem voti nostri com-
potes per hanc etiam æternam vitam
consequamur.

S. D. G.



Coll. Dinn, 154, 36